



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Meditatio per modum privatæ Concionis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

hoc modo probos & improbos, inferos & cæli-
tes pro objecto habere, & per omnes cæli ter-
ræque plagas mente vagari. Nec potest non
esse, ut quis personas, verba, opera in singulis
mysteriis contemplans sibi que applicans non
colligat multiplicem fructum, & post intellectûs
ratiocinium suâ sponte ad voluntatis affectiones
rapiatur. Exemplum ejusmodi meditationis vide
in lib. Exercit. de verbo incarnato.

*Meditatio de natura rei, motivo, modo, vel de
quinque motivis, vel de ruminatione ver-
sus; Quis, quid, ubi, &c.*

ista Praxis est pro exercitatis nec librum ad
ad manus habentibus, sed v.g. in itinere de vir-
tute aliqua seu vitio, seu doctrinâ seu facto ali-
quo volentibus meditari: ut primò discutiant
naturam doctrinæ, virtutis, &c. Secundò mo-
tiva. Tertiò modum. Vel etiam unicè quin-
que motiva sive pro fugiendo sive amplectendo
objecto aliquo expendant. Scilicet necessita-
tem, utilitatem, jucunditatem, dignitatem, æqui-
tatem, vel his contraria. Et cuilibet expenso
motivo congruus subjiciatur affectus. Vel de-
mum materiam substratam expendant per vul-
garem versiculum: Quis, quid, ubi, quibus auxi-
liis, cur, quomodo, quando affectibus conve-
nientibus simul elicitis.

Meditatio per modum privata Concionis.

ista Praxis est instituere meditationem velut

concionem privatam, prout priore §. explicavi, quatuor partibus constantem. Ubi in ratiocinio sive exercitio intellectus una vel altera ratio pro & contra, vel vanitas persuasionis in contrarium discutitur adjecto simili, exemplo, testimonio, &c. causa lapsus vel propositi executioni non dati, aut virtutis in his illis circumstantiis non practicatae, & motiva id in posterum melius observandi exquiruntur; & demum in affectus solidos ac nervosos prorumpitur.

Meditatio per varias quaestiones instituta.

6ta Praxis percommoda est hominibus studiis aliisque negotiis distentis, adeoque variae distractioni obnoxiiis. Dum meditationis tempore per varias quaestiones quis se ipsum excutit, & post responsiones sibi ipsi datas congruos affectus lubnetit. V. g. post orationem preparatoriam & consueta praeludia quæro *1mo* ex me ipso, quodnam sit punctum meditationis presentis? loco responsi facit tunc exercitium suum memoria, & subjungitur actus fidei de hac vel illa veritate. *2do*. Quæro ex me, quid de hoc puncto considerandum sit? & jam intellectus facit ratiocinio suum officium; *3tio* quæro; quid utilitatis spiritualis ex his capiendum? & respondeo imprimis, ut jam de facto meditatio sine merito non absolvatur, exercitium horum illorum affectuum adorationis, fiducia, imitationis, compassionis, timoris, tristitia, doloris ac detestationis, gratitudinis, amoris